



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 Iustitia sitne virtus, quæ habentem ad aliorum ordinat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

& legi, vt reddat vnique quod debet. Per hæc ergo soluta restant argumenta in capite quæstionis obiecta.

Solutio

ARTICVLVS II.

Verum iustitia sit virtusque habentem ad alterum ordinat.

Constituta iustitiæ definitione, subsecquitur vt eius substantiam, atque in partas qualitates singularim exploremus: id que examinando singulas definitionis particulas. Quæritur ergo circa eius vltimam differentiam, qua est ius suum vnique tribuere, vt ius iustitia proprie sit ad alterum? Et arguitur a parte negatiua, ex illo Apostoli ad Rom. 7. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi: fides nanque non dicitur per comparationem vnus ad alterum. Secundo, iustitia Dei est æterna, & tamen ab æterno non habuit a se alium ad quem eadem referretur, ergo iustitia non est ad alterum. Tertio, Officia iustitiæ etiam si ad alterum sint, moderamine nihilominus eger, & rectificatione in ordine ad egerent nam auarus eger ab se indicat quod habet alienum. Quare vt est Prou. 11. iustitia simplicis dirigit viam eius, ergo iustitia non solum circa ea, quæ sunt ad alterum verum & in moderandis affectionibus ipsius habentis versatur. In contrarium est Cicero lib. de Offi. in quibus iustitiam eam esse rationem, qua societas hominum inter ipsos & vitæ communitas continetur. Qua porro descriptione insinuat ordo ac respectus vnus ad alterum.

Primum argumentum a parte negatiua. Arg. 1.

Cicero.

Prima conclusio.

Ratio conclusio.

Aristo.

Quæstio facillima est, duobusque conclusionibus contenta. Prior est. Iustitia proprie dicta duo requiritur diuersa supposita, inter que æqualitatem constituat. Conclusio est Philosoph. 10. Ethic. ca. ult. quæ porro ex ipso nominis significato dilucide patet. Iustitia n. idem est, quod æqualitas seu æqualitatis habitus æqualia autem, nisi abutur aut per metaphora, non nisi duo dicantur, vt patet in quantitatibus ad eandem normam iustificatis. Rursus iustificari, si ad mores accommodetur, non conuenit nisi humanis actionibus actiones vero, vt de anima atque est Philosophus, non conueniunt natura vel partibus, sed tantum supposito, humanitas enim inquit non nec, neque vero digiti aut manus, sed mulier, neque vero manus aut per iniuriam proprie percuit, aut per auitiam debitum soluit, sed homo, nisi forte per similitudinem, seu tanquam instrumenta coniuncta. Consequens ergo fit vt iustitia non solum inter duo qualitercunque distincta, sed inter duo supposita sua exerceat munera. Posterior conclusio. Nihil verat quod minus iustitia metaphoricè dicta inter partes eiusdem suppositi existat. Et hanc quoque conclusionem subdit eodem loco Philosophus. Et patet exemplum inter duas hominis partes. Primum enim iustitia est inter membra, dum scilicet oculi pedes suo lumine ducunt, & vicissim pedes sua opera illos portant. Præterea, pars sensualis, putata irascibilis, & concupiscibilis, dum rationi obsequio despotico obediunt, iustitiam custodire dicuntur, & dum rebellant, iustitiam perturbare. Vnde Augustin. li. de moribus Eccl. Ad iustitiam, inquit, pertinet ob hoc quod quis Deo seruit, bene imperare cæteris, quæ sunt hominis subiecto. Et autem ratione appetitus subiectus, secundum illud Gen. 4. super te erit appetitus eius, scilicet peccati & tu dominaberis illius. Res est facillima, quæ nullius eger amplificatione, nisi forsitan si quis interroget an tanta sit ratio iustitiæ inter has partes eiusdem hominis quanta inter patrem & filium? Apparet enim ita esse, nam quia filius est aliquid patris, diximus non repeteri inter illos iustum nisi secundum quid Respondetur tamen diuersam esse rationem. Nam cum pater & filius duo sint supposita, vere ac proprie constituitur inter eos ratio iustitiæ, licet quodammodo minuens intra latitudinem eiusdem rationis sed tamen inter rationem & appetitum, quippe quæ non sunt duo supposita non est iustitia nisi metaphorica.

Conueniunt natura vel partibus, sed tantum supposito, humanitas enim inquit non nec, neque vero digiti aut manus, sed mulier, neque vero manus aut per iniuriam proprie percuit, aut per auitiam debitum soluit, sed homo, nisi forte per similitudinem, seu tanquam instrumenta coniuncta.

Consequens ergo fit vt iustitia non solum inter duo qualitercunque distincta, sed inter duo supposita sua exerceat munera.

Posterior conclusio. Nihil verat quod minus iustitia metaphoricè dicta inter partes eiusdem suppositi existat.

Et hanc quoque conclusionem subdit eodem loco Philosophus.

Et patet exemplum inter duas hominis partes.

Primum enim iustitia est inter membra, dum scilicet oculi pedes suo lumine ducunt, & vicissim pedes sua opera illos portant.

Præterea, pars sensualis, putata irascibilis, & concupiscibilis, dum rationi obsequio despotico obediunt, iustitiam custodire dicuntur, & dum rebellant, iustitiam perturbare.

Vnde Augustin. li. de moribus Eccl. Ad iustitiam, inquit, pertinet ob hoc quod quis Deo seruit, bene imperare cæteris, quæ sunt hominis subiecto.

Et autem ratione appetitus subiectus, secundum illud Gen. 4. super te erit appetitus eius, scilicet peccati & tu dominaberis illius.

Res est facillima, quæ nullius eger amplificatione, nisi forsitan si quis interroget an tanta sit ratio iustitiæ inter has partes eiusdem hominis quanta inter patrem & filium?

Apparet enim ita esse, nam quia filius est aliquid patris, diximus non repeteri inter illos iustum nisi secundum quid Respondetur tamen diuersam esse rationem.

Nam cum pater & filius duo sint supposita, vere ac proprie constituitur inter eos ratio iustitiæ, licet quodammodo minuens intra latitudinem eiusdem rationis sed tamen inter rationem & appetitum, quippe quæ non sunt duo supposita non est iustitia nisi metaphorica.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quod cum ait Paulus iustitiam esse per fidem, non accipit iustitiam vt est specialis virtus moralis, quæ facit opus iustum id est, adæquatum alteri homini: sed vt hominem ipsum a peccato liberat reificando appetitum, vt sit ratione obsequens. Et secundum hanc rationem est iustitia metaphorica. Tamen, vt supra diximus eadem pariter hominem iustificat.

Vltima conclusio.

Exploratur conclusio.

August.

Quæst.

Ratio hestandi.

Solutio.

Ad primum arg.

NOTO
Vltima
conclusio
August.
Quæst.
Ratio hestandi.
Solutio.
Ad primum arg.

Ad secū
dū arg.Ad ter-
tū arg.

stificat respectu Dei, reddendo eum illi sub-
ditum, gratum & acceptum, eiusq. volun-
tati commensuratum. Et secundum hoc
proprie etiam dici potest iustitia. Ad secun-
dum vero argumento respondetur, iustitiā
Dei esse æternam secundum propositum,
in quo eius substantia consistit, tamen se-
cundum effectum ab æterno non habuerit,
in quibus eam iustitiam exercuisset,
sed postquam mundum condidit. Ad ter-
tium denique arti. 4. patebit fulgentius
responsio. Interim autem respondetur
quod passiones quæ operibus iustitiæ ob-
sistunt, per alias virtutes reprimuntur,
in quibus mitigatis per iustitiam fit electio
recta, ut loco citato elucidabitur.

ARTICULVS III.

Vtrum iustitia sit virtus.

Argu. 1

Ambr.

Argu. 2

Argu. 3

Aristot.

Grego-
rius.Conclu-
sione pō-
sua.Probz-
tio.

Circa genus definitionis, quod dictū
est esse habitum iuste operandi,
quaeritur vtrum iustitia sit virtus? Et ar-
guitur a parte negatiua. Ait Christus, cum
feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,
dicite. Serui inuitiles sumus, quod debui-
mus facere fecimus, opus autem virtutis
non est inuitile. Ait enim Ambros. 2. de
Off. vtilitatem non pecunialis lucri aestima-
tione dicimus, sed acquisitionem pietatis,
ergo facere quod quis debet, in quo iustitia
consistit, non est opus virtutis. Secundo,
quod sit ex necessitate, non est merito-
rium, reddere autem cuique suum, quod
est opus iustitiæ, est necessarium, ergo non
est meritorium, atq. adeo neq. virtus, quan-
do quidem virtutibus omnibus per Dei
favorem meremur. Tertio. Omnis virtus
moralis est circa agibilia, ea autem quæ ex-
terius constituuntur, non sunt agibilia ve-
luti sunt artium officia vt. 6. Metaph. au-
tor est Aristot. Cum ergo iustitiæ munus
sit, exterius opus iustum perficere, sit vt nō
sit virtus. In contrarium est Greg. 2. Moral.
vbi quatuor Cardinales virtutes, distin-
quit scilicet temperantiam, prudentiam,
fortitudinem, atque iustitiam. Quin vero
& sapientia ipsa, vt patet c. 8. eadem se vir-
tutes docere prædicat.

Ad questionem vnica conclusione re-
spondetur. Iustitia est moralis virtus. Proba-
tur: Virtus secundum Aristot. 2. Ethico. est

qui bonum reddit habentem, & eius opus
bonum, Iustitia autem est huiusmodi er-
go est virtus. Probat Minor, bonum ho-
minis est operari secundum rationis regu-
lam, nam cū homo natura sua sit rationalis,
sed in rationem actiones nostræ probæ iu-
dicantur, iustitiæ aut hoc ipsum munus in-
cumbit, vt scilicet in rationis lineā æquitatem
constituat inter duos, sit ergo, vt sit virtus
eademq. vt Aristot. ait. non qualiscunq.
sed tanto ceteris rutilanior, quanto He-
sperus reliquis astris firmamenti splendo-
re antecellit. Quod & Cicero de Off. repe-
tit, vbi ait in habitu iustitiæ virtutis splen-
dorem esse maximum, ex qua viri boni no-
minantur. Possit quis presentiarum ha-
sitare, an sit virtute iustitiæ aliter dicant viri
boni, q̄ a ceterarum qualibet? Virtus n.
quæcunq. facit bonum hominem simpli-
citer. Ars inquam pictoria facit bonum pic-
torem, & ars medica, bonum medicum
neutra tñ bonum virum. Et virtus intelle-
ctualis, puta scientia, efficit virum doctum
non tñ peringit, vt constituat virum bo-
num, sed sola, est virtus moralis, quæ cū fa-
ciat hominem cuius natura est rationalis,
viuere scilicet in rationem, cōstituit virum bo-
num. Sed præter hanc acceptionem, vsur-
patur etiam bonitas, vt idem sit quod be-
nignitas & fertilitas, qua. s. homo est alteri
beneficus, sicut terra dicitur benigna &
bona, quia fertilis. De iustitia ergo posset
quispiam affirmare vtraque ratione homi-
nem denominare bonum, eo q̄ iusti, non
solum studiosi sunt, vel & aliis boni & vti-
les. At vero res medulius in p̄cepta, non sic
habet Bonitas n. hoc est benignitas, & fer-
tilitas, non est quocūq. tribuere, sed tribuere
non ex debito, quod liberalitati & ma-
gnificentia conuenit. Quin vero Aristot. et
prodigum, quod est nomen vini, non vere
tur appellare bonum, hoc est benignum,
& frugi, quia sua effundit. Iustitia vero, nō
tā, dat, quā reddit. Vnde Cicero eodem lo-
co, secundum bonitatem, non iustitiam sed
beneficentia tribuit. Ait enim. Et huic, sci-
licet iustitiæ, coniuncta est beneficentia,
quam eadem vel benignitatem vel libe-
ralitatem appellare, licet. Vnde iustitia so-
lum facit bonum i habente, & bonū opus,
bonitate eiusdem generis quo reliquæ vir-
tutes. Et ideo ubi ait Cicero a iustitia bo-
nos viros nominari. accepit iustitiā, ut est
generale nomē oīum virtutū, licet iustitia
inter

concl-
sione
Aristot.Ad pri-
mū arg.

Cicero

Hein-
tio.Ad secū-
dū arg.Paulus.
Ad ter-
tū arg.
S. Tho.

Cito

Veni-
litate
bonitatis
patisMēs sin-
cti Tho.